



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De signis veræ pœnitentiæ, id est, contritione, co[n]fessione &
satisfactione. tit. 120

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

scientem esse: Tertio, cogere homines, vt enumerent omnia peccata.

DE SIGNIS VERAE POENITENTIAE, id est, Contritione, Confessione & satisfactione.

TITVLVS CXX.

PRIMUM dicitur, Fundamentum poenitentiae est promissio remissionis peccatorum propter Christum, sicut Petrus ait Act. 10. Huic omnes Prophetarum testimonium perhibent, remissionem peccatorum per nomen eius recipere, & Paulus Actor. 13. Per hunc vobis remissio peccatorum adnunciatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege iustificari. Haec igitur vna de maximis gratiarum est, quod Deus lapsos iterum vult per medium poenitentiae recipere in gratiam, sicut fecit Dauid, 2. Reg. 12. Et Petro, Matth. 26. Non enim vult Deus mortem peccatoris, Ezech. 18. & Roman. secundo. Benignitas Dei nos ad poenitentiam expectat, id quod non fecit Luciferi, Esai. 14. Sodomitis, Gen. 19. Et Dathan & Abiron, Num. 16. quos & plebsque alios in puncto puniuit. At nos consolatur propter Christum & vocat ad poenitentiam, & remittit peccata propter illum.

Secundo, vt vera ac integra sit poenitentia, SS. patres ex scripturis tria signa annotarunt. Primum est contritio & moeror animi seu dolor, propter hoc quod Deum offendit. Sic Dauid dixit Psalm. 50. Peccatum meum contra me est semper. At talis contritio non est ex viribus naturalibus, sed Deus illam operatur per legis terrores & minas in tertiam & quartam generationem, Exod. 20. subinde per operationem spiritus sancti in corde, qui facit nos gemitibus inenarrabilibus clamare ad Deum pro misericordia, Rom.

Vu 4 8. igitur

igitur non est à ratione nostra vera contritio, & S. Ecclesia petit, dicens: Et pœnitens cor tribus, &c. Hoc igitur est signum primum pœnitentiae.

Alterum signum est confessio cordis & operum oris. Cordis confessio fit omni die & hora, quando quis recogitat sua peccata, & dicit cū publicano, Lu. 18. Deus, propitius esto mihi peccatori. Altera confessio oris est, quæ fit sacerdoti, de peccatis occurrentibus & contra legem Dei factis, quæ tibi sunt in notitia: cætera verò occulta, quando nemo ex toto illa nouit, sicut dicit Propheta Psalm 18. Delicta quis intelligit? in genere satis est confiteri, & petere clemenciam à Christo in Ecclesia relictas, Ioann. 20. quibus absoluetur propter victimam Christi, & hæc absolutio per verbum Dei certificat te esse absolutum, sicut fecit Dauid, 2. Reg. 12. quãdò audit à propheta: Dñs remittit peccatum tuum, & Luc. 7. mulier, dum audit. Vade in pace, &c. qui autem confiteri fugit, signum est, quia non verè dolet, & incertus semper manet de remissione peccatorum.

Postremum signum est, Punitio vel satisfactio per aliqua opera pœnalia, vt sunt cilicium, castigatio corporis, ieiunium, oratio, eleemosyna, castitas, relictio ablatarum rerum, &c. sicut fecit Zachæus, Lu. 19. At hæc opera non tollunt culpam peccati coram Deo, Hoc enim solùm facit Christi victima, Eius 53. Posuit in eo omnia nostra peccata, ideo ipse peccatum tollit, ne æternaliter homines damnentur, qui credunt in Christum, Ioan. primo. Agnus Dei qui tollit &c. Sed hæc opera & fructus pœnitentiæ, tollunt vel mitigant pœnam peccatorum, quam DEVS hic etiam in præsentī vita imponit, licet culpam dimiserit. Sic licet Dauidis peccatum fuisset remissum, attamen pœnam multam sustinuit. Hic filius occidit fratrem, filia violatur, vxores eius violantur, fugatur à filio, moritur dilectus filius. Sic ad leniendam

& aufe.

auferendas has pœnas temporales faciunt hæc media, atq; etiam alia in commoda, &c. propter Christū tolerata, Et Christi satisfactio à culpa, per hæc media nobis distribuitur.

AN PRÆTER SATISFACTIONEM Christi, sit alia necessaria ad salutem.

TITVLVS CXXI.

NOtandum primò, quòd de satisfactio-
ne pro peccatis, duplici modo differi-
tur. Primò coram Deo, subindè co-
ram Ecclesia & proximo. Satisfactio,
quæ coram Deo tollit & satisfacit pro
pœna & culpa, sola victima & mors Christi est, in il-
lum posuit Deus omnia peccata nostra, Esa. 53. 1. Ioã.
2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Roman. 3.
Paulus quem constituit propitiatorem in sanguine
suo, & 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro & argento
&c. De hac satisfactioe nullus vnquam Catholicus
Christianus dubitauit. Nam si homo potuisset satisfa-
cere pro peccatis, non indignuisset Christo. Gala. 2. Si
ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est.

Secundò, docetur de satisfactioe coram Ecclesia
aut proximo, vt reconcilieris proximo ante omne
munus tuum, id est, ante confessionem, orationem,
elemosynam, cõmunionem, de qua loquitur Chri-
stus Matthæi 5. Vade reconciliari fratri tuo. Hæc sa-
tisfactio sic est necessaria ad salutem, vt nisi hanc fa-
cias, & reconcilieris, non profutura sit tibi Christi
satisfactio. Hæc enim nostra medium est, per quod
Christi satisfactio apprehenditur: non tribuimus
huic nostræ remissionem, sed solùm, quòd nobis
Christi remissionem reddit efficacem. Sic si quis pro-
ximo abstulit pecuniam, vxorem &c. contra præ-
ceptum